



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 1. Summi momenti est, in administratione vel usu hujus Sacramenti  
non errare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

- ¶**ia , sed vinum dumtaxat , incipiendo à verbis illis : *simili modo* , &c. statimque à consecratione sumendo. Cùm enim hostia consecratio sit adhuc moraliter p̄sens ; sacrificium manet adhuc moraliter unum modo dicto.
- ¶**007 Observandum 5°. quod in casu proximè dicto ex ore projicienda non sit aqua (foret enim indecens , nec sine periculo simul projiciendi particulam Dominici corporis ) sed deglutienda absque scrupulo super defectu jejunii. Ita Doctores communiter.
- ¶**008 Observandum 6°. non videri satis fundatam opinionem Navarr , Sylvi , & quorundam aliorum , exigitum Sacerdotem teneri sub mortali recitare orationes in Missali positas , dum saecris se vestibus induit. Multi enim apud Leandrum disp. 7. q. 57. probabiliter exigitum orationes illas in Missali non esse positas per modum praecepti , sed per modum instructionis dumtaxat.
- ¶**009 Observandum 7°. quod si Sacerdos oblitus fuerit recitare *Gloria* , vel *Credo* , vel commemorationem aliquam , &c. dum in Missa pro-
- gressu illius recordatur , non debeat , nec deceat omisum repeteret , ne perturbet ordinem Missæ. Quod si voluntarii id prætermiserint , venialiter peccar , non mortaliter , ob materiæ parvitudinem. Neque enim fundatum est quod Nugus nimis scrupulosè putat , omissionem unius Sancti in Canonice esse grave peccatum. Doctores communiter. Mortalem etiam non esse voluntariam omissionem *communicantes* , vel hanc igitur , in festis Nativitatis , Pascha , & Pentecostes , docet Leander q. 61. Et consentient Dicastillus , Filiius & alii apud Dianam p. 10. tr. 15. resol. 42. Voluntariam tamen omissionem Epistolæ , vel Evangelij , mortalem esse docent idem Diana , Palao , Garcia , Dicastillus. Non ratione quantitatis ( qui Epistola subinde brevis est , sicut & Evangelium ) sed ratione formæ. Quia sine alterutro Missa non habet consuetam formam. Quæratio an it efficax , non est necesse disputare , nec libet determinare sitne , an non sit mortalis omissione *communicantes* , &c. cum facile non sit determinare.

## LIBER QUINTUS.

### AMOR RECONCILIANS PER POENITENTIAM.

Sive

#### DE VIRTUTE ET SACRAMENTO POENITENTIAE.

**A**gna procul dubio fuit Dei ergahominis misericordia & charitas , quod humum genus , in Protoparente lapsum , reparare dignatus est per Unigenitum suum , ipsique per faci Baptismatis institutionem providebat de remedio contra originale peccatum. Sed ibi non fixit metas bonitatis & charitatis suæ misericordie & misericordie Dominus . Cognoscens enim figuramentum nostrum , & diabolica previdens venena , clausâ licet innocentia januâ , & intimationis ferâ obduâ , aliud remedium patere voluit ; secundam utique post naufragium tabulam. Iis namque , qui sc̄e post Baptismum in peccati servitutem , & diaboli potestatem tradidissent , Pœnitentia Sacramentum providit , quo lapsi post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur , non semel , nec secundâ , sed quoties ad Dæmoto corde reverbi fuerint. Neque enim hoc semel præstitisse fatis fuit infinita bonitati benignitatem ipsius. Nam licet vel semel hoc accipiendo habeat peccator quod jam non merebatur : amicit enim quod in baptismate accepit , & non leviter in Dominum peccavit , qui cùm amulo ejus diabolo pœnitentiâ renuntiasset , & hoc nomine illum Domino subiecisset , rursus eundem regrefuisse erigit , & exultationem ejus ticipum facit ; ut denud malus , recuperata prædâ suâ , adversus Dominum gaudeat. Deo tamen , cuius natura bonitas , cuius opus misericordia est , non fatis fuit , vel secundo miseri illius , quem diabolica malignitas veneno sue rursum mortificasset invidis ; sed dives in misericordia , totis misereri voluit , quoties peccator toto corde contritus & humiliatus fuerit. Sic utique Deus dilexit nos , & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et quis non redemebat taliter amantem , seruoque refugas & ingratos non abjecientem , nec iporum cor contritum & humiliatum deficienterem ? Quis anathema cum Apostolo non dicat non amanti Do-

Tom. III.

minum ? *Si quis non amat Dominum Jesum Christum , anathema sit.* 1. Cor. 16.

#### CAPUT I.

*Summi momenti est , in administratione vel usu hujus Sacramentii non errare.*

**A**ffectionis veritas perspicua est ex eo quod à Pœnitentia Sacramentum sit , & à sanctis Patribus vocetur secunda post naufragium tabula , per quam ad beatæ æternitatis portum pervenire oportet omnes , qui per peccatum ejeci sunt ab innocentia navi , quam per baptismum condescenderant. A recta igitur administratione , à recto item usu hujus Sacramenti pender eterna salus laporum post baptismum ; five enim bene administratum male suscipiantur , five male & illegitimè administretur , efc nequæ causa salutis eorum , qui alias per secundam hanc tabulam à naufragio liberarentur. Et idèo Sancti tam priorum , quam posteriorum sæculorum , vehementissime semper conquæ sunt de abusibus , quos suo tempore reprehenderunt , tam circa usum , quam circa ministerium tam necessarii Sacramenti , ut videbitur infra.

Ideò rufus ( ut to. 2. dixi ) invoco Sapien- 3 tiam , ne me errare permittat in periculum animæ meæ , & ruinam aliorum , pertractando materiam adeo momentosam , à plerisque non satis consideratam , qui vel in suis de ea opinantur , vel in administratione & usu Sacramenti Pœnitentia , sic materiam hanc pertractare videntur , quali non ingens , nec laboriosum opus esset à peccato mortali , præfertim sapè repetito , & consuetudine roborato , per veram pœnitentiam resurgere , nec ad hoc magnâ curâ , attentione , sollicitudine opus esse. Contra quem abusum Petrus Soto ( qui ob eximiam peritiam & doctri-

Cc 2

nam in Concilio Tridentino magni habitus fuit) in uois ad methodum Confessionis §. de peccati recidivo in additione sic scribit: *Loreg sit à te bac peruersio, ut minimo negotio expones veram paenitentiam agi. Reverā omnibus pietatis fluidis, omnibus officiis, & operibus virtutis (prefertina Christiane, & quibus à Deo exiguntur) summoperē nocet peruersoria quadam & secundam speciem tantum illius exercitio. Quid malum quasi proprium novissimorum temporum & periculorum Paulus notavit: habentes (inquieti) speciem veritatis, virtutem autem ejus abnegantes. At vero paenitentia multo magis peccati hoc perniciose est, utinam non frequentissima. Cum enim in vera paenitentia remedium peccatorum omnium vestis vita sit, & infirmitas humanae unicum praesidium: ad quod cui non est necessitas confugiendi? si ea non veraciter agatur, si specie tantam ejus incipiamus contenti esse, & patemus nos veram esse paenitentiam, cum longe ab ea simus, nonne illud Evangelii nobis eveniet: sunt novissima hominis illius peior prioribus? Unde enim hoc, nisi quia spiritus nequam, qui de eo exierat, rediens, inventus eam scopus mundatam & ornatam, quod est peruersoria quadam paenitentia, & que superficiem tantum conscientia mutaverit, sibi placentem sed vacuam, hoc est à solidā veritatem paenitentiam? & doloris desertam, & adductis septem aliis spiritus requiesce. Nam reverā in illa superficiali conscientia mundatione nec exierat, sed simulaverat tantum. Vehementer timemus ne hic tam facilis Christianorum ad mortalia peccata redditus, hec tam brevis perverantia in paenitentia, hec denique consuetudo & persuasio in ultimum locum rejiciendi paenitentiam, in postremam videlicet horam temporis ad id depulsi ab Ecclesia, & tam brevi momento ab ea expediendi, signum sit, quod peruersoria tantum agitur. & non secundum veritatem. Magno conatu & annu virum (mibi crede) opus est, ut à se viva illa profundissima peccati ad Dei amionem, ab inferno inferiori ad summum eum, & longinquā regione ad domum paternam redeas & assurgas. De hoc maximè dictum est à Christo Domino: regnum celorum vim patitur, & violenti rapient illud. Magna violencia inferenda est ipsi natura nostra, ut vera agatur paenitentia. Nihil dariu cervix indomita, & per peccatum eructa, quāna veraciter je edisti, sibi displicere. & in anxietate Dei expectare misericordiam. Nihil infirmat humanae gravissim, quam sese tristibus & gravibus curis decere. Et tamen utrumque horum maxime ad paenitentiam necessarium est. Recogitandi animi in amaritudine animi. Attentissime dolendum est. Dolo (inquit Propheta) & fatigae filia Sion, quasi parturens.*

<sup>4</sup> Non hac dicimus, ut deterreamus ad opere paenitentia; non ut impossibile cogitetur: sed ne segniter & ostentaer fiat. Si frenue illud aggrediamur, parata sunt & obvia brachia divina, quibus excipiatur. Si nunti dormitantes id egerimus, etiam huic divinitate grata consumellos sumus.

Dicimus etiam hoc, quoniam tanta, tam varia, & diversa doceri conspicimus, partim pietate quodam diuina misericordia (nota bene) partim ignorantiā, vel minus attentione consideratione rerum, dico ad dominum estimationem & usum examinantes huc (item nota bene) non ad veritatem Scriptura facra, & Patrum, ut vehementer timcamus à variis & peregrinis doctrinis. Aliis peruersum est, animo & intentione quantumvis remissi veram agi paenitentiam. Alii, admissus per Sacramentum suceptum suppleri denū quidquid deficitum est, ita ut illa suceptio, sua intentione peccandi, satis est debet, etiam si de doloris & paenitentiae tute integritas. Alii alius rationibus pietatis & misericordiae statim consolari valunt, &

securos reddere paenitentes. Quibus omnibus verba bac Cypriani respondent (que cupimus his, qui volunt paenitentiam agere, ante oculos esse) cùm scriptum sit: qui vos felices dicunt, in errorem vos mitunt, & semitas pedum vestrorum turbant: qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi sonitus subministrat; nec comprimit delicia illa, sed nutrit. At qui consilii fortioribus redarguit, simul atque instruit fratrem, promovet ad saltem... Quid si putas hec propter gravissimam criminis dicitur, adverte mortalia omnia, quantumvis aliorum comparatione, aut judicio humanum parva, revera gravissima mala esse, ut nimis inobedientia mandatorum Dei, ita ejus provocatio, denique aeterna damnationis meritum. Quid gravius cogitari poset, &c.? Hucusque Author ille gravissimus, sapientissimusque.

## CAPUT II.

Controversia circa usum administrationem Sacramenti Paenitentiae, nimis hodie cum animositate & commotione agitata.

**S**ed esti quicque habeat, unde vehementer si metat, ne erret in retanti momenti, unde infinitarum animarum salus aeterna dependet, ideoque alter alteri succentur non debet, quod in tanto errandi discrimine tutiora selectur, atque ab errandi periculo remotiora: ea nihilominus est infelicitas, ea cecitas facili nostri, ut ex toto zelo divini honoris, salutisque animarum viam sequuntur tutiores, ab his maledicentiae persecutione patiantur, quibus placet via laxior, ita ut celebriores de paenitentia controversiae, praestim circa recidivorum consuetudinariorumque conversionem, absolutiōem, satisfactionem, hodie, proh dolor! non pacifice & modello, ut oportet, & Innocentius XI. in Decreto anni 1679. in virtue S. obedientiae præcipit, sed tanta cum animositate & commotione agitentur, ut & obedientiae Sanctissimo debiti, & veritatis ac justitiae, imò pudoris etiam & honestatis lumen omnes transflantur, & alteri alterum, Christianus utique Christianum, Religiosus Religiosum, Sacerdos Sacerdotem, nemus convictus, concutus ac noctis nullā sobria consideratione percelat; verum & sparsis in plebe figmentis calumniisque, inveniendū proficiunt.

Hoc unique est, quod à sexaginta propè anni in Gallia Belgioque pī quique deplorant, ubi similes quotidiani jactantur in populis, perlustrant pulpiti, scribuntur in Thebibus, Libellisque publico datis, plerūque anonymis, vel sub nomine adfictis; quod immodestis Scriptores putent verum nomen suum propagare, ne digo notentur veluti amaram spirantes animositatē, & alieni à sapientia defutum descendente. Nam si zelus amarum habet (ait Frater Dominii) & contentionē finit in cordibus vestris, non est ista pietatis defussum descendens; sed terrena, animalia, diabolica. Ubi enim zelus & contentio, ibi inconstans, & omne opus pravum, mendacia, calumnias, rixa, diffensiones, fraudes, impoturæ, inter quæ molitiones, &c. Quae autem defutum est sapientia, primum quidem padica est, denique pacifica, modesta, suscepit, bonis contentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicari, ne simulatione.

Itaque Apostolici iustius Oraculi memores, de posita omni animositate, & contentionē, pacifice requiramus, quānam ut vera solidaque doctrina, quam segni nos oportet in re adeō momentosa. Eam in Theologia Sanctorum Patrum inveniendam, Innocentius XII. anno sancto 1700. pag.